Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Samaritanus christianus - Cod. Schwarzach 18

Rauber, Placidus

[St. Blasien], [1633]

Widmung

urn:nbn:de:bsz:31-227164

Visual Library

REVERENDISSIMO PATRI

AC AMPLISSIMO

Domino, Domino

BLASIO

huius nominis secundo,

ABBATI, AD D. BLASIUM IN

HERCYNIA SILVA MERITISSIMO, ~~MERIT AMPLIS~~.

Domino suo Observandissimo.

Solent Pictores, R^me Praesul, ut spectatoribus, Imaginem ~~spectatoribus~~ commendent ~~editiore~~ tabulam editiore loco ~~statuere~~, et ab oculis nonnihil qui sit remotior, statuere; ideò ~~ideò~~ illud; ut plurima lux influere in picturam, et albâ reddere die quàm plenissimam possit: ideò hoc; ut, quae rudis aliàs, et crassior linea est, subtilior per distantiam appareat, et syncerius Artificem iudicemus. Propius enim oculos si teneamus, vix est, ut opus ab arte factum putemus,

hoc rude, illud crassum, hoc iterum imperfectum,
et illud clamant et temerarij Judices à fulgent
coloris propinquitate decepti, peritissimo Apell
condemnamus, id quod minime facimus, si edito lo
posita tabella, et remoto inspectamus.
Samaritanus ego Christianus, et Viatorem
Jerichontinum, Scrupulosum scilicet, quo sub no
mine Tentatus, Pusillanimis, Melancholic
desperabundus et quocunq animo quibusc
ex causis afflictus venit, hactenus effigiavi, e
duobus his libellis velut depictos in tabella
suspirantibus Animis sistere iam diu cogitav
Verum, et rude meum hoc opus est, et omninò
simplex, et propinquum nimium aliquorum si sit
oculis, scio, multis displicebit magis, quàm placebit
Arte ergò mihi et ingenio opus est, non alio sanè
magis, quàm quod pictoribus perpetuum habendi.
Ut legant homines, ut ament, ut à manu, à pectore
non dimittant, ut audiant et sequantur, fructum
capiant sub inculto cortice delitescentem,

ut colorum meorum simplicitas, et rude quicquid
~~est~~ apparet, æquos et Amantes reperiat Judices,
editum quæro locum et lucem, ~~Nomen~~ Magnum scilicet
et Bonum Virum, à cujus nomine lucem habeat
et dignitatem, atque ita gratus et desiderabilis cir-
cumeat Orbem nullibi non ~~[illegible]~~ audiendus
ægrotis Samaritanus. Non est novum,
Magnos et bonos Viros, Soli, Stellis, Sideribus,
luci comparare. Sub viri magni nomine siquid
prodit, sub luce prodit; et lucis, opus quodlibet
tantum habet, quantum nomen est Magni viri
sub quo legitur. Et quis nescit per Hercyniam
totam Magnum et bonum Virum TE BLASI
Amplissime Præsul! fulges non modò inter
tuos, ut Sol eminentissimus inter astra, et
ultra Hercyniam jubar tuum mittis à digni-
tate, Virtute, famâ. Nihil hic amplius ~~loquar~~ loquor.
Nomen tuum altum mihi est, est mihi sideris
instar, lux est oppidò ipsi æquabilis diei.
Tuo Nomini Samaritanum meum dico, ab hoc
uno luminis et gratiæ satis habebit, unde ~~placere~~ placere

X

Dedicatio.

ad quoscunq pervenyturus est, exprimi possit. Ita debeo Meritis.me Pater. et qui ipse meus et multorum Samaritanus à Deo datus es, Samaritanu3 pronâ manu cape; Capiant alij hoc bono, ad exemplu[m] ~~et~~ nomen tuum. Vt fiat, ~~ita~~ submissâ mente rogo, et Coelum oro, ut te serò suum recipiat Civem. Vive et Vive tuis necessarius, in multa secula fortunatus. In Mnrio S. Blasij die. 17° Decemb. Anno Christiano MDCXXXIj°.

R.mæ P.tis Tuæ

Obedient.mus F.

F. Placidus Rauber